



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata  
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Quod seducimur falsa doctrina, culpa in nobis est

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**

ri. Sed hoc miserrimum est, nos simplices ita circumferri, ut ignoremus, quid tandem factō sit opus. Cata**p**apistae uos, uos catabaptistas errare dicitis, utrique sua ornant & uera esse dicunt. Meo iudicio quicquid miseriārum est & turbarum, à sacerdotibus oritur. Nec puto turbulentiora unquam fuisse tempora. Satius fortasse fuerit, ut affectui meo indulgens, nemini quicquam crediderim, res meas pro libito agens.

**IOIADA.** Haudquaquam ita facies mi Simon,  
sed ex te ipso iam disce, quid à catabaptistis boni ue-  
nit, quidque ab eis suxeris. Nam palam profers iam fru-  
ctum, nempe desperationem & sese niti. An excidit  
tibi quod Deus in Deuteronomio docet: Non facietis Deut. 12. *vt*  
singuli quod sibi bonum uidetur, sed quod dominus  
præcipit. Sic perplexi isti homines cæteros secum im-  
pediunt & præcipites agunt. Sed uos in culpa estis,  
authores uestri mali, nam placent uobis huiusmodi im-  
postores. Mox ut contentiosus aliquis, aut noui aliquid  
ac insolentis caput exerit, adcurritis omnes caterua-  
tim, neque promouent apud uos monitiones, non preces  
non increpationes. Quum in profundū malorum uen-  
tum est, sacerdotibus culpā impingitis, qui uos sum-  
ma cum fide præmonent, quorum monita, imò dei uer-  
ba per ipsos prolata si audiretis, tranquillis uobis ui-  
uere liceret. Quandoquidem ergo uestra culpa ultro  
uos in has angustias conieciſtis, non est ut culpam hanc